Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



30

& nimis infelix homuncio. si tam̄ ñ omnis recessit humanitas. ubi tanta malicia incessit inmanitas. Ecce cui imaginis horrebam horrorē. in multis aspicio me horribiliorē. Fuge fuge tu horribilis nescio quę substantia. fuge te ipsam exterrita atq ipsa. Sed ut fugere te non potes. Ne q̄ aspicias te. quia non tolerasti te. Nam si tolerare potes. sine doloris horrore. hoc ipsum non tolerres. quia tolerare non potes. Quanto enim hoc potes. tanto p̄mo peccatori similior. & do es intolerabilior. Non enim ē fortitudo. sed mortis hebetudo. non ē sanitas. sed obturata iniq̄tas. ñ ē exēsolatione. sed exdampnatione. Ne q̄ sine inmani rugitu cordis tui. tolerres horrorē interioris uultus tui. Quia q̄ fugere te non potes. et te non aspicias. quia ñ te tolerasti. Sed ecce peius si non aspicio me. nam ego mecum fallo me. Onimis grauis angustia. Si me inspicio ñ tolero me ipsū. si non inspicio. nescio me ipsum. Si me considero. terret me facies mea. si ñ considero. fallit me dampnatio mea. Si me uideo horror ē intolerabilis. si non uideo